

**A**vitentur: nec in eis vitandis vires suas existimare sufficere, nisi diuinus adiungetur. Iustum est ergo apud deum, ut ignoscatur talibus quæcunque antea commiserunt, ne quod iniustissimum est, cum eis qui tales non sunt confundantur atque misceantur. Quapropter & quia talibus non ignoscitur, iustitia dei est, & quia ignoscitur gratia est. Iusta est ergo gratia dei, & gratia iustitia, cum in eo quoque etiam poenitentiae meritum gratia precedat, quod neminem peccati sui pœniteret, nisi admonitione aliqua vocationis dei. Porro iustitia diuina tanta constantia est, ut cum poena spiritualis & semperna poenitentia fuerit relaxata, pressuræ tamen cruciatu[m] corporales, quibus etiæ martyres exercitatos nouimus, postremo mors ipsa, quam peccando meruit nostra natura, nulli relaxetur. Quod enim iustitia iusti homines & pii, tamen exoluunt ista supplicia, de iusto dei iudicio venire credendum est. Ipsa est quæ in sacris scripturis etiam disciplina nominatur, quam nemo iustorum effugere sinitur. Neminem quippe exceptit cum diceret, Quem enim diligit deus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Vnde etiam ipse Iob, qui propteræ tam multa illa passus est, ut hominibus quæ vir effet & quantus dei seruus eluceret, poenas tam corporis pro peccatis suis se exoluere saepe testatur. Petrus quoque Apostolus exhortans fratres ad perferendas pro Christi nomine passiones ita loquitur,

**i. Petr. 4.** Nemo autem vestrum patiatur quasi horrida, aut fur, aut maledicis, aut curas alienas agens. Si vero quasi Christianus, non erubescat: glorificet autem deum in isto nomine, quia tempus inchoationis iudicij à domo dei. Si autem initium à nobis, quis finis eorum

**Proph. II.** qui non credunt Euangelio dei? Et si iustus quidem vix saluus fit, peccator & impius vbi parebit? Manifeste ostendit eadem ipsas passiones, quas iusti patientur, ad iudicium dei pertinere. Quod inchoari dicit ex domo dei, ut inde coniiciatur, quanta impensis futura seruantur.

**2. Thess. 1.** Vnde etiam ipse Paulus ad Thessalonicenses dicit, Ita vt nos si de vobis gloriemur in Ecclesijs dei, pro vestra patientia & fide in omnibus persecutionibus vestris, & pressuris quæ sustinetis in exemplum iusti iudicij dei. Quod omnino ad illud respicit, quod ait Petrus, tempus esse inchoationis iudicij à domo domini: & illud quod de Propheta interposuit. Et si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi parebit?

**2. Reg. 12.** Vnde mihi videtur etiam illa quæ per

Nathan Prophetam regi David cōminat⁹ est deus, C

quoniam statim ignoruerit poenitentem, propteræ tam accidisse omnia, vt demonstraret illam veniam spiritualiter datam propter futurum iudicium poeniarum, quod expectat eos qui hoc tempore corrigi nolunt.

**2. Petr. 4.** Dicit enim & alibi Petrus, Propter hoc enim & mortuus euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum hominem in carne, vivat autem secundum deum in spiritu. Hoc dixi, ut ostenderem quantum possem, & quantum opportunitas presentis loci scripturarum finit: non sic accipiemus gratiam & pacem dei cum dicitur, ut existimant homines à iustitia deum posse dicere.

**Nam & ipsam pacem cum promitteret do-**

**minus ait, Hæc dixi, ut in me pacem habeatis, in me do autem presuram. Sed tribulationes & molestias cū per iustitiam dei reddiuntur peccatis, bonos & iustos, & quibus iam plus peccata ipsa displaceat, quæcum vlla corporis poena, non reflecent ad peccandum, sed ab omni labore penitus purgat. Pax enim perfecta etiam corporis suo tempore roborabitur, si nunc pacem quam dominus per fidem dare dignatus est, inconcussa spiritus noſter, atque incomutabiliter teneat. Quod autem**

**Apostolus gratiam, & pacem à deo patre, & domino nostro Iesu Christo dicit, non adiungens etiam spiritum sanctum: nō mihi alia ratio videtur, nisi quia ipsum donum dei spiritum sanctum intelligamus, Gra-**

tia porro & pax, quid aliud est quæcum donum dei? D Vnde nullo modo dari hominibus gratia potest qua liberamur à peccatis: & pax quæ reconciliamur deo, nisi in spiritu sancto. Et ideo ipsa trinitas, pariterq[ue] inco[n] mutabilis unitas in ista salutatio[n]e cognoscitur. Q[uod] propteræ maxime credo, quoniam excepta epistola quam ad Hebreos scripta, ubi principium salutatorium de industria dicitur omisisse, ne Iudei qui aduersus eum pugnaciter oblatrabant, nomine eius offensi, vel inimico animo legerent, vel omnino legere nō curarent quod ad eorum salutem scriperat, Vnde non nulli eam in canonem scripturarum recipere timuerunt. Sed quoquo modo se habeat ista questio, excepta hac epistola, ceteræ omnes quæ nulla dubitante Ecclesia Pauli Apostoli esse firmantur, talem continent salutationem, nisi quod ad Timotheum in utraque interponit, misericordiam. Nam ita scribit, Gratia, misericordia, pax à deo patre, & Iesu Christo domino nostro. Quod enim familiarius eo dulcius quod ammodo scribens ad Timotheum id verbum interposuit, quo plas[n]e aperitur atque ostenditur, non meritis operū priorum, sed secundum misericordiam dei nobis dari spiritu[m] sanctu[m]: vt & peccator ab solito sit, quibus se iei[us] gebamur à deo, & reconciliatio, ut illi inhæreamus. Nec calice Apostolorum epistolæ quas v[er]sus Ecclesiasticus recipit, parum nos admonet de ista trinitate in principijs suis. Nam Petrus ita dicit, Gratia vobis &

**i. Petr. 1.**

**2. Petr. 1.**

**i. Ioan. 1.**

**2. Ioan. 1.**

pax adimpleatur. Deinde statim subiecit, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi: vt per gratiam & pacem spiritu sancto intellecto, patris & filii commemoratione animum de trinitate cōmoneat. Et in alia sic ait, Gratia vobis & pax multiplicetur in recognitione dei & Christi Iesu domini nostri. Ioannes autem nescio quā ob causam omisit tale principium sed planè trinitatis commemorationem nec ipse neglexit, pro gratia & pace, societatem interponens. Quod ergo vidimus, inquit, nunciamus & vobis, vt & vos societatem habetis nobiscum, & societas nostra sicut cum patre & filio eius Iesu Christo. In secunda vero illis quæ ad Timotheum sunt consonant dicens, Sit vobis gratia, misericordia, pax, à deo patre & Iesu Christo filio patris. In tertia principio de trinitate penitus tacetur, credo quod sit omnino brevissima. Sic enim incipit, Senior Gaio dilectissimo, quem ego diligo in veritate. Quam veritatem pro ipsa trinitate possum puto. Iudas nominato deo patre & domino Iesu Christo, ad intelligendum spiritum sanctum, hoc est, donum dei, tria verba ponit: si quippe incipit, Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Jacobi, in deo patre dilectus, & in Iesu Christo confessatis & vocatis, misericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur. Gratia enim & pax sine misericordia & charitate intelligi non potest. Iacobus autem v[er]sus 1. tattissimum exordium fecit epistolæ, ita scribens, Iacobus dei & domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribus quæ sunt in dispersione salutem, Crederemus confidemus salutem non esse nisi in domo dei vbi gratia & pax. Et quoniam ante hoc verbum nominauerit deum & dominum nostrum Iesum Christum: tamen quia nulla gratia & nulla pace salutem fiunt homines, nisi quæ est à deo patre & domino Iesu Christo, sicut Iohannes in tertia veritatem, sic iste salutem pro ipsa trinitate posuisse mihi videtur. Quo loco profutus non arbitror præteriendum, quod pater V[er]a Ierius animaduertit admirans. In quorundam rusticorum collocutione, cum alter alteri dixisset, salus: quæfuit ab eo qui & Latine nosset & pumice, quid esset salus. Responsum est, tria. Tum illi agnoscentis cum gaudio salutem nostram esse trinitatem, cōuenientiam linguarum non fortunū sic sonuisse arbitratus est, sed occultissima dispensatione diuinae prævidenter: vt cū Latine nominatur, salus, à Punicis intelligentur,